



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

XXXVII. Confirmatio Statuti pro Universitate Barbitonsorum Almæ Urbis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74833)

nistratoribus, Custodibus, Guardianis, aliisque Officialibus quocumque nomine nuncupentur, quorumvis Monasteriorum utriusque sexus, Domorum, Conventuum, & Collegiorum, tam secularium, quam regularium; ac Congregationum, Confraternitarum, Archiconfraternitarum, Hospitalium, Archihospitalium, & locorum piorum etiam laicorum dictae Urbis Apostolica auctoritate tenore praesentium sub poena excommunicationis latae sententiae, nec non privationis fructuum unius mensis, ac suspensionis ab officio respectivè prohibemus, ne in eorum Ecclesiis & Oratoriis, dum Officia Divina celebrantur, vel Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum manet expositum, quidquam cantari permittant praeter ea verba, quae à Breviario, vel Missali Romano in Officiis de proprio, vel de communi pro currenti cuiusque diei festo, vel Sancti solemnitate praescribuntur, vel quae saltem à Sacra Scriptura, aut Sanctis Patribus desumpta sint, quae tamen prius à Congregatione venerabilium etiam Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum specialiter approbentur, exclusis modulis iis, qui choreas, & profanam potius, quam Ecclesiasticam melodiam imitantur.

§. 2. Quod ut exactius servetur Superioribus, & Officialibus, aliisque praedictis, ad quos spectat sub eisdem poenis injungimus, ne Musica Praefectos ad hujusmodi munus recipiant, vel receptos in posterum admittant, nisi prius praescripto ab eisdem juramento de observandis praesentibus literis, cui juramento si contraverint, à dilecto filio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis Vicario in Urbe praedicta in spiritualibus Generali tanquam perjuri etiam corporaliter puniantur, ac exercitio officii hujusmodi perpetuò privati remaneant, absque spe reintegrationis, quae à nemine quacumque auctoritate praedito, etiam specialem expressionem requirente, praeterquam à Nobis, & Romanis Pontificibus successioribus nostris concedi possit.

§. 3. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, neque de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostrae, seu alio quocumque defectu ex quovis capite, vel causa etiam speciali mentione digni notari, aut impugnari unquam posse, sed ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis existant inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, aliosque quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & sancturos, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus quatenus opus sit de non tollendo jure quaesito, caerisque nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, ac Ecclesiarum, Basilicarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, Confraternitarum, Archiconfraternitarum, Hospitalium, Archihospitalium, & piorum locorum hujusmodi, nec non Ordinum, Congregationum, Societarum, & Institutuum quorumcumque, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in genere, vel in specie, seu aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirma-

tis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter insertis, & expressis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut praesentes literae per aliquem, seu aliquos ex Curforibus nostris ad valvas Ecclesiae Sancti Joannis in Laterano, ac Basilicae Principis Apostolorum, & in acie Campi Florae de Urbe publicentur, & earum exempla, etiam impressa ibidem affigantur, quae sic publicatae, & affixae omnes, & singulos, quos concernunt perinde ardeant, & afficiant, ac si illorum unicuique personaliter intimata fuissent. Quodque praesentium earundem transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Aprilis 1657. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi 1657. Indictione 10. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papa VII. Anno tertio, Die vero quinta Maji praedicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicae S. Joannis Lateranensis, ac ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, & in Acie Campi Florae per me Andream Castrucium Apost. Curs.

Pro D. Mag. Curs. Joseph Marcheratus Curs.

Confirmatio Statuti pro Universitate Barbitonforum Almae Urbis.

Facultates Consulum hujus Artis, circa causas ad eos spectantes reintegravit, & confirmavit Gregor. XIII. Constit. 61. tom. 2.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Consules, & Universitas Barbitonforum Almae Urbis nostrae, quod quodam eorum artis statuto per felic. rec. Paulum II. Clementem VIII. & Paulum V. Romanos Pontifices Praedecessores nostros confirmato cavetur, ne quicumque constrinae operarius, seu ut vulgo dicitur Garzone, qui novam constrinam instituere voluerit, eam aperire possit, nisi tabernam quinquaginta cannis mensurae Romanae ab alia quacumque simili taberna tonforia distante acceperit, sub poena decem scutorum auri applicandorum sicut in capitulo de poenis inter statuta artis disponitur.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebatur, per quoddam Statutum Urbis praedictae, capite 43. lib. 3. Statutorum ipsius Urbis descriptum omnia statuta, quae prohibent novam apothecam aperire propè aliam nisi distet ab ea certo canarum numero, vel spatio cassentur, & improben- tur, cumque supra expressorum statutorum contrarietatis occasione, licet in confirmatione primo dicti statuti à praedicto Paulo V. Praedecessore nostro emanata memorata Urbis statuta derogatum fuerit, lites, & discordiae nihilominus in dies orientur. Nobis propterea iidem exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

Musicae praescripti hujus Const. sub iurjurando observantiam promittant.

Clausula praeservativa.

Contrariis derogat.

Transumptorum fides.

D. P. An. 3. die 23. Apr.

Publicatio.

XXXVII.

Edita A. D. 1657.

Supplicatio.



Abfolvit à cenfuris.

§. 2. Nos igitur ipfos exponentes fpecialibus favoribus, & gratis profequi volentes, & eorum fingulares perfonas à quibufvis excommunicationis, fufpenfionis, & interdicti, aliifque fententiis, cenfuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occafione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatae exiftunt ad effectum præfentium dumtaxat confequendum harum ferie abfolventes, & abfolutas fore cenfentes, nec non ftatutorum prædictorum, & litterarum Apoftolicarum fuper illorum confirmatione refpectivè emanatarum tenores, & datas etiam veriores præfentibus pro plenè, & fufficienter expreffis habentes, hujufmodi fupplicationibus inclinati omnes, & fingulas lites coram quibufvis Judicibus in quacumque inflantia fuper tonftrinis jam erectis, vel erigendis infra fpatium annorum quinquaginta nunc pendentes, quorum omnium ftatum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & collifigantium, & alia etiam fpeciali expreffione digna præfentibus itidem pro plenè & fufficienter expreffis habemus, Apoftolica auctoritate eorundem tenore præfentium extinguimus. Mandantes in præteritum ufque ad ipfarum datam præfentium nihil innovari.

Revocat ftatum Urbis.

Confirmat primodictū ftatum.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

D.P. Ann. 3. die 16. Junii.

§. 3. De cætero autem primo dictum memoratæ artis ftatum eadem auctoritate denuo confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoftolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & fingulos juris, & facti defectus, fi qui defuper quomodolibet intervenerint, fupplemus. Illudque perpetuis futuris temporibus inviolatè obfervari jubemus.

§. 4. Decernentes eafdem præfentes literas femp firmas, validas, & efficaces exiftere, & fore, ac illis ad quos fpectat, & pro tempore fpectabit, pleniffime fuffragari; Sicque in præmiſſis per quofcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam caufarum Palatii Apoftolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, fi fecus fuper his a quoquam quavis auctoritate fcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obftantibus litium hujufmodi pendentia aliifque præmiſſis, ac Conftitutionibus, & Ordinationibus Apoftolicis, nec non prædicto quod capite 43. libri 3. defcriptum eft, & aliis quibufvis Urbis prædictæ, etiam juramento, confirmatione Apoftolica, vel alia quavis firmitate roboratis ftatutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, ac confuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoftolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & fingulis illorum tenores præfentibus pro plene, & fufficienter expreffis, & infertis habentes, illis alias in fuo robore permanfuris, ad præmiſſorum effectum fpecialiter & exprefſe derogamus, cæterifque contrariis quibufcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem fub Annulo Piſcatoris die 16. Junii 1657. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Die Veneris 22. Junii 1657. Supradictæ litteræ Apoftolicæ in forma Brevis in plena Camera Apoftolica præfentatæ fuerunt, & die Luna 25. ejufdem menſis Camera ipſa referente Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Palatio de Albertonibus ejufdem Camera Clerico-Præfidente citato prius R. P. D. Lazaro Botto dictæ Camera Generali Commiſſario illas admiffit, & in ejufdem Camera libris regiſtrari mandavit prout regiſtratae fuerunt lib. Diversorum Sanctiſſ. fol. 162. Bartholomæus Rubinus.

Supradictum Breve fuit obtentum fupplicantibus pro Univerſitate.

D. Hieronymo Sarro, D. Jo. Antonio Anſelmi, & D. Joſepho Muſacchi, & D. Paulo Humilitate Camerario. } Conſulibus.

Prohibitio extrahendi paramenta &c. Pro omnibus Eccleſiis Monachorum Congregationis Cœleſtinorum.

Cœleſtini multa privilegia elargitus eſt Benedictus XI. Conſtit. 2. tom. 1. Ac ſtatuta emendata confirmavit pro eiſdem Urb. VIII. Conſt. 59. Sacroſanctum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Conſervationi, & manutentioni ornamentorum, & paramentorum Eccleſiarum omnium & ſingulorum Monafteriorum totius Congregationis Cœleſtinorum Ordinis S. Benedicti ubique exiſtentium quantum cum Domino poſſumus benignè conſulere, ac dilectum filium Modernum dictæ Congregationis Abbatem Generalem ſpecialibus favoribus, & gratis profequi volentes, & à quibufvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliifque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occafione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præfentium dumtaxat confequendum harum ferie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus prædicti Abbatis Generalis nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 1. Ne de cætero quifquam quavis auctoritate, ſuperioritate, & officio fungens Vaſa, Calices, Candelabra, lampades, & alia Paramenta, & Ornamenta Eccleſiaſtica, nec non quacumque ſuppellectilem Sacram nunc, & in futurum quocumque ad Eccleſias prædictas ſpectantem, & ſpectantia aliis Eccleſiis, Monafteriis, locis Piis, ſeu quibufvis perſonis commodare, aut ſub quovis quæſito colore, ingenio, caufa, ratione, aut occafione ex quacumque dictarum Congregationis hujufmodi Eccleſiis, ſeu illarum Sacriſtiis extrahere, & aſportare, ſeu ut commodentur, aut extrahantur, & aſportentur, permittere, aut conſentire audeat, ſeu præſumar ſub excommunicationis lætæ ſententiæ, à qua nemo, niſi à Nobis, & pro tempore exiſtente Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo conſtitutus abſolutionis beneficium obtinere poſſit, ac privationis vocis activæ & paſſivæ pœnis per contrafacientes eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis auctoritate Apoftolica tenore præfentium interdicens, & prohibebimus.

§. 2. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoftolicis, ac Monafteriorum, & Congregationis hujufmodi etiam juramento, confirmatione Apoftolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & confuetudinibus, cæterifque contrariis quibufcumque. Volumus autem, quod præfentis prohibitionis copia in valvis ſingularum cujuſvis Eccleſiæ, Monafteriorum hujufmodi Sacriſtiarum, vel alio conſpicio loco, quo ab omnibus cerni poſſit, continuò affixa remaneat. Quodque præfentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorfus fides adhibeatur, quæ præfentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel offenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem fub Annulo Piſcatoris, die 20. Auguſti 1657. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

XXXVIII.

Edita An. D. 1657.

Exordium.

Prohibet prout in rub.

Contrariis derogat.

Dat. P. An. 3. die 20. Aug.

Pro